UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Tabvlae Geographicae Cl. Ptolem[a]ei

Mercator, Gerhard

Coloniae Agrippinae, 1578

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-441

Visual Library

It. 901

Achaia	11.
Aegyptus	14.
Aegyptus inferior	15.
Aethiopia	16.
Africa minor	13.
Albania	19.
Arabia deserta	20
— foelix	22
— petraea	20.
Arachosia	25.
Aria	25.
Armenia major	19
— minor	17.
Asia minor	17.
Assyria	21.
Babylonia	20.
Bactriana	23.
Britannicae Insulae	2.
Carmania	22
Carmania deserta	21.
Colchis	19
Corsica	7.
Chersonesus Taurica	9.
Creta Ins.	11.
Cyrenaica	14.
Dacia	10.
Drangiana	23.
Egypti	11
Euboea Ins.	11.
Gallia	1
Gedrosia	25.
Germania	3.
Graecia	11.
Hesperia	13.
Hyrcania	21. 23.
Iazyges	10.
Iberia	19.
Illyria	6
India intra — extra Gang.	26. 27.
Italia	7.
Libya	14.
Macedonia	11.
Margiana	23.
Mauritania	12.
Media	21.
Mesopotamia	20.
Mysia	10.
Pannonia	6
Paropanisus	25.
Parthia	21.
Persis	21.
Peloponnesus	11.
Phoenicia	20.
Raetia	6
Sacae	22
Sardinia	8.
Sarmatia Asiatica	18.
— Europae	9.
Serica	24.
Sicilia	8.
Sinae	27.
Sogdiana	23.
Susiana	21.
Syria	20.
Tabula universalis	
Taprobana	28.
Thracia	10.

Krüger,

P. L. Finke.

d. 11. Mart. CIↃIↃCCLXXI.

H. 301

GYMNASIUM IN ELBERFELD



C

DV
T

BO

ros sua c
re & par
illis, qui
praxis, i
mentiz
no aliqu
gratitud
strissimo
in quo d
ueni, non
ta habere
que ab ip
moriam
die mori
optatam
spero, qu

ILLVSTRISSIMO CLEMENTISS: PRINCIPI VVILHELMO, DVCI IVLIAE, CLIVIAE, & MONTIS. COM: MARCHIAE & RAVENSPVRGI. DOM: IN RAVENSTEIN, &c. BONORVM STVDIORVM MOECENATI PRAESTANTISS: SACRVM.

T magni intereſt Princeps Illuſtriſsime, non modò ad communes ciuium vſus, verùm etiam ad ſalubriter inſtituendam ſœliciterque gubernandam rempublicam, eſſe qui ea ſtudia excolant, quorum adminiculo ad artium principia & cauſas, rerumque agendarum œconomiam & prudentiam peruenitur, ita magni quoque refert eos qui talia excolunt & illuſtrant, ſi ad dignam aliquam frugem pertingere debeant, magnos principesque viros Mœcenates habere. Quantò enim honeſtiùs laudabiliusque vitæ genus hi ſectantur, tantò proniùs improborum inuidiæ & calumnijs ſubijciuntur, vt facilè laceſsiti obtrectationibus, inſimulationibus fatigati, & preſsi iniurijs ſuſcepti oneris tædio afficiantur, nec metam quam alioqui poterant aſſequantur, niſi Principum & magnatum gratia autoritateque ab æmulorum technis ſecuros ſua cum alacritate proſequi liceat. Debetur autem immortalis gratia Principibus illis, quorum fauore & patrocinio huiuſmodi ſtudia fouentur & promouentur, non ſolùm ab ijs qui ea tractant, ſed & ab illis, qui ad priuatarum publicarumue rerum praxim ea dirigunt, quando vt ſine his inerudita eſt omnis praxis, ita ſine principum tutela flacceſcunt illa & intermoriuntur. Mihi igitur quum Illuſtriſsimæ Clementiæ Tuæ benignum patrocinium multis iam annis cõtigerit, ea meritò incumbit neceſsitas, vt æterno aliquo opere illud celebrem, teſtatumque venturis ſæculis reddam, quo ne ego honeſtam debitamq; gratitudinem neglexiſſe vnquam videar, & ſi quid vtile reipublicæ præſtitero, ſtudioſa poſteritas Illuſtriſsimo Nomini Tuo dignas laudes referat. Primum ab adoleſcentia ſtudium mihi fuit Geographia, in quo dum progrederer, adhibita naturali & geometrica ſpeculatione, ſucceſſu temporis admiranda inueni, non in geographia tantùm, ſed in vniuerſæ huius mundanæ machinæ conſtitutione, quorum multa hactenus à nemine perſpecta ſunt. Hæc in lucem dare cum ſit inſtitutum, à geographia putaui, adeoque ab ipſis Ptolomæi vetuſtiſsimis tabulis initium faciendum, quas Illuſtriſsimæ C. T. in æternam memoriam dedicatas conſecratasque opto & offero, precorque vt eiuſdem protectione à clancularijs inuidię morſibus deinceps, vt hactenus, defendar, quo concepta mundi myſteria aliquando ad perfectionem optatam deducere valeam, quæ vt grata doctis omnibus fore confido, ita Illuſtriſſ: Cel: Tuæ laudi danda ſpero, quam diuina Maieſtas quàm diutiſsime nobis incolumem ſeruare dignetur.

Duysburgi menſe Febr: 1578.

Illuſtriſſ: C. T.

ſubditiſsimus cliens

Gerardus Mercator.

PRAEFATIO IN SEQVENS TABVLARVM PTOLEMÆI OPVS.

VLTVM refert cum in omnibus veterum traditionibus, tum maximè in Geographia, antiquitatem illæsam inuariatamq; seruare: quum enim plurima insint siue naturæ mysteria, siue latentium rerum signaturæ, siue habitudinum & proportionum certæ & exquisitæ quædã, nec otiosæ rationes, quæ ignara posteritas pro suo cuiusque intellectu mutando emendandoq; facilè altioribus tenebris inuolueret, obscuraret, corrumperet & annihilaret, maximè facillimeq; id in illustri illa plurimiq; facienda Ptolemæi Geographia committi, nemo est mediocris iudicij, qui si perpendat non intelligat. Multa enim sæcula à Ptolemæi, qui sub Antonino Pio Imperatore vixit, tempore ad nos vsq; in summo studiorum, maximè Geographiæ neglectu & ignauia pertransiuerunt, in quibus regna omnia, populi, & vrbes à barbaris nationibus aut deleta, aut vastata mutataq;, nec medij temporis scriptoribus à veri situs nominumque obliuione & interitu vindicata sunt, adeò vt ne decima quidem pars eorum, quæ apud Ptolemæum sunt nominum, hodie suis locis certò & sine omni controuersia designari queat, quæ si quis vel in vniuersum, vel parte aliqua castigare velit (nam Ptolemæus perfectam omnium symmetriam, præcipuè in particularibus locorum distantijs & situ nondum assequutus fuit) an non temerè & arroganter faciet illa transponendo, contrahendo, distrahendoue, quorum vtpote ignotorum situm distantiamq; haud nouit? Id verò dum quisque pro sua opinione ausus fuerit, quid aliud tandem sequetur, quàm vt pro vno Ptolemæo multos habeamus, & quisnam eorum sit genuinus ignoretur? sic tum deprauatæ antiquitatis verus perierit vsus, dum nihil penè sit quod ipsius primi autoris esse statuere possis, neque quid integrum quidue corruptum dinoscere, proinde nec in recentiore castigatiusq; commensurata tabula assumptorum locorum veterum situm argumentari vllo modo queas. Talis profectò (quod dolendum est) temeritatis nõ parum Ptolemęo nostro accidit, quisque in sua patria sibi nota loca ad veriorem à se mutuò distantiam reducere pulchrum putauit, interim vicinarum ciuitatum respectum & commensurationem negligens, ac subindè plurimum vicians, alij oscitanter exemplaria transscribendo numeros corruperunt, alij quæ Ptolemęus ex obseruatione aliorum rudi lib. 8. annotauit, ex ipsius numeris, tanquàm exactiùs quiddam reddituri, castigare ausi sunt, ita temeraria in tam insigni opere lusit audacia, etiam ipsa certissima emendandæ Geographiæ fundamenta violans & corrumpens, vt nulla sit totius operis pars, quæ non plurimis mendis scateat, difficillimumq; sit genuinum ab adulterino discernere. Accedit & nostro sæculo typographorum negligentia, vt duas tam clari operis æditiones per omnia consentientes non inuenias. Hac in tam celebrem antiquitatem iniquitate motus, cum ex castigatis neotericis tabulis veterem Geographiam totis viribus illustrare esset institutum, ante omnia necessarium duxi, vetustissimã hanc Ptolemæi, & quodãmodo à primis eius artis incunabulis per manus traditam Geographiam ad autoris mentẽ, quoad fieri posset, reuocare & restituere, ad quam prouinciam cõmodiùs subeundam, varias Ptolemaici operis æditiones, quæ diuersorum essent autographorum exemplaria, conferendas esse visum est necessarium. Quinque itaque quæ contingere poterant æditiones magis autenticas ad hoc delegi, quarum antiquissima anno 1409. à Iacobo Angelo ex græco sermone in latinum conuersa fuit, & Alexandro PP. S. dedicata, exscripta autem ex ipsomet autoris autographo (quantum apparet) mandato Nicolai de Cusa Cardinalis, is enim paulò pòst, nimirùm anno Domini 1448. Cardinalis creatus fuit, mortuus autem 1464. cum nondum eam æditionẽ in complura exemplaria propagatam fuisse sit verisimile, & noluisset tantus eruditione & autoritate gratiaq; apud summum pontificem valens vir aliunde, quàm ex ipso fonte hos latices haurire. Hoc Cusani exemplar beneficio Reuerendissimi Illustrissimique Principis Electoris Iacobi ab Eltz, Archiepiscopi Treuirensis, summi studiosorum fautoris & Mecœnatis nactus sum. Altera æditio ex eiusdem Iacobi Angeli versione est, sed nonnullis locis, quantum apparet, castigata, ad græci codicis ne, vnde ille traduxerat, fidem, affirmare nequeo, tametsi suspicer, impressa est Romæ anno 1490. cum tabulis in ære pro ea ætate elegantissimè excisis, autor æditionis non additur, nisi fortè is sit qui registrũ alphabeticum in 8. Ptol. libros addidit, in quo sub nomine Edessa se Genuam aliquoties peregrinatum ait, & ibi in laudem effigiei Christi, quam Veronicam appellant, hoc epigramma conscripsisse.

Hanc rex effigiem Christo mittente recepit
Abgarus, hinc signa quàm patuere Dei
Latria debetur totum, cui summa per orbem
Poplitibus flexis supplicibus manibus
Ipsam ego perspexi manibus tetigique Philippus,
Viuerem vt incolumis, cui pia thura dedi.

Vir apparet literatus & multæ lectionis, ac non mediocris iudicij, vt Angeli translationem cum græco codice, imaginem cum exemplari conferre potuerit & emendare. Hanc editionem inuentu admodum raram mihi suppeditauit Ioannes Helman Agrippinas V. I. Licentiatus, vir doctus, antiquitatisque summus cultor. Tertia æditio est ex versione quidem Bilibaldi Pirckeymeri, sed à Michaele Villanouano ad græca & prisca exemplaria recognita, & Lugduni anno 1535. impressa, quę cùm in numeris frequenter à duabus præcedentibus differat, & fideliùs excusa sit, quàm vt typographi oscitantiæ id imputari possit, non dubiũ est, quin à diuersi generis exemplari græco ad latinos traducta sit. Quarta est ex versione Ioannis Nouiomagi Coloniæ anno 1540. excusa, quam etsi plus satis mendosa sit, tamen cum sæpe admodum à reliquis omnibus in numeris differat, alterius iterum generis exemplar græcum imitari necesse est. Postrema est Iosephi Moletij, qui versionem Bilibaldi rursus cum multis græcis codicibus diligẽter contulit. Ex tot vnius fontis distinctis deriuationibus ad primę scaturiginis certiorem explorationem verioremq; conditionẽ peruenirì posse nõ diffidebam, quũ omnes ex vno autographo eodem simul loco errare difficillimè cõtingat. Accedit vna Ptolemæi regula, quæ nobis adminiculo, & ad ipsam veritatem veluti directrix est, quam lib. 2. cap. 1. sibi præscribi

ſcribit, cum à ſiniſtris ad dextra, à ſuperioribus ad inferiora, hoc eſt ab occiduis ad orientalia, à borealibus ad auſtralia ſe ordine progreſſurum dicit, qui ordo duabus rationibus ſcribarum negligentia turbari poteſt, nominum tranſpoſitione, & numerorum permutatione aut alteratione, quarum cum illa difficiliùs committatur, hęc verò ſit pronior, quoties deſcriptionis ordo retrorſum abire deprehenditur, alterutram cauſam ſubeſſe neceſſe eſt, at poſteriorem pro maxima parte ſemper. Vt ſi conſtituto aliquo loco, verbi gratia in long: $35\frac{1}{2}$. & lat. $28\frac{1}{4}$ borea, alter poſtea ſignetur in eadem longitudine aut minori, ſimulq; in eadem latitudine aut maiori vt in 34. $28\frac{1}{4}$. aut 34 29. aut $35\frac{1}{2}$ 29. inuerſus erit ordo contra Ptolemæi regulam, quamobrem corruptela in numeris haud dubiè erit, niſi de locorum iuxta eas iuſta deſignatione conſtet, tum enim nominum tranſpoſitio pariter cum numeris arguenda venit. Ptolemæus enim non ſolùm in prouinciarum, ſed etiam in particularium regionum, & gentis cuiuſque peculiari deſcriptione hunc præfixum ordinem vbique obſeruat, niſi, quod rariſſimum eſt, alia ſubſit ratio euidens, quam ſuis locis indicabo, adeò vt cum in I. Africæ tabula hunc quodam loco tranſcendit, id non ſine præmonitione faciat. Procedit autem in prouincijs notioribus per ſingulos populos, ordine ſibi præſcripto vnumquenque abſoluens, priuſquam ad alterum pergat, in minus notis, vbi ſubdiuiſiones nullas habet, vnum alterumúe latitudinis gradum à termino occiduo ad ortiuum continuè abſoluit, aut vnum alterumúe longitudinis gradum per totam tabulæ latitudinem à ſummo deorſum continuè perficit, reliquum deinde tabulæ ſimilibus ſpatijs emetiens. Illis igitur 5. exemplaribus ita vſus ſum, vt hanc Ptolemæi regulam quoad licuit inuiolatam ſeruarem, & quandiu à præſcripto ordine non recederent, plurium conſenſum, aut ſi verus locorũ ſitus cognitus etat, illud quod proximè huc accederet ſequerer, ſin verò contra ordinem numeri tenderent, & vnius alicuius longitudo, alterius aũt latitudo iunctæ ab ordine non diſſentirent, cõponere illos non dubitaui. Cùm enim plures vnũ exſcribunt codicem, difficulter, vt vniusdixi, in vno eodemq; numero errãt omnes, ſed manet apud aliquem, apud aliũ alterius partis veritas. Quęcunq; porrò ſic ex autoribus ſignari potuerunt, eorum non eſſe mihi reddendam rationem exiſtimo, quod è fonte ipſo ſiue vitio deriuata eſſe, vtpote ordini Ptolemæi conſentanea ſit veriſimillimum. Quoties verò ſiue in longitudine ſiue in latitudine aberrant ab ordine omnes, ſic vt nulla pro veritate compoſitio fieri poſſit, errorẽ vel ex cognito vero ſitu, vel ex numerorum fallaci ſimilitudine, vel alia probabili cauſa, quin & veriſimili nonnunquã coniectura caſtigaui, horumq; omniũ rationẽ in fronte cuiuſq; tabulæ, ordine Ptolemæi cõſcriptionem proſequens reddidi, quo ne temerè vel vnum apicem mutaſſe, aut iniquè arrogata licentia in tam præclaro opere non ſatis fideliter egiſſe videar. Dedi autem operam vt quęcunque deſcriptioni Ptolemæi inſunt, in ipſis tabulis exhiberem, quo ne illa opus ſit, hiſtoriæ Geographiæque ſtudioſo, ſed quæ ad ſingula totius corporis membra pertinent, vnica imagine expreſſa pariter vno velut obtutu percipere poſſit, qua cauſa & naturę hiſtoriam, quã nonnunquam intermiſcet autor, ſuis locis adſcripſi, aut ſi is capax nõ eſſet, annotationibus adieci, quibus etiam, ne quid deſiderari poſſit, fluminum origines, quas ſine numeris recenſuit, addidi. Quæ 8. & poſtremo libro ſunt de inſigniorum vrbium longiſſimis diebus, earumque à meridiano Alexandrino diſtantia, quia ad digeſti in ſuas longitudines latitudinesque orbis terrarum demonſtrationem pertinent, nullo modo omittenda fuerunt, ſunt enim tum veterum ante tempora Ptolemæi, tum ipſius Ptolemæi, tum aliorum eius tempore obſeruationes & cœleſtibus factæ, ad quarum rationem inſigniorum per quamlibet regionem ciuitatum latitudines longitudinesq; ſe ordinaſſe confitetur lib. 8. cap. 2. Qui locus à Villanouano ſic intelligi videtur, quaſi ex priùs ſcriptis in toto volumine latitudinum & longitudinum numeris, dierum magnitudines diſtantiasque à meridiano Alexãdriæ ipſemet Ptolemæus collegerit, annotat enim errores in his commiſſos ex prioribus libris caſtigãdos eſſe, verùm ſi diligenter Ptolemæi rationes expendamus, contrariã eius ſententiã eſſe deprehẽdemus. Etenim cũ lib. 1. ca. 2. propoſitũ ſuũ eſſe dicat, noſtræ habitabilis orbẽ ita deſcribere, vt quàm maximè cũ veritate cõgruat, & ad talẽ inſtitutionẽ in primis peregrinationis hiſtoriã, q̃ peritorũ hominũ Geometricas cęleſtesq; obſeruationes exhibeat, neceſſariã eſſe, cæleſtes porrò obſeruationes geometricis multò certiores pfectioresq; exiſtere addat, hãc proculdubiò hiſtoriæ partẽ pro certiore vniuerſæ diſpoſitionis ſuæ fundamento aſſumpſit, quẽadmodũ & cap. 4. rationabile eſſe aſſerit, eũ qui Coſmographica tractare velit, ea loca q̃ per diligentiores obſeruationes deprehenſa ſunt, deſignationi ſuæ tanquam fundamẽta præſupponere, & cap. 5. hac ſe ingredi via ſatis apertè teſtatur. Rurſus quum cap. 4. paucas à vetuſtioribus locorum latitudines longitudinesq; traditas quæratur, quòd ea ætate mathematicæ conſiderationes nõdum exactè perceptæ, nec multæ lunares defectiones eodem tempore obſeruatæ eſſent, adeoque cap. 5. recentioris obſeruationis hiſtoriam ſibi conſulendam atteſtetur, amplius & cap. 17. ab ijs qui ex Aegypto aut propinquis locis in Indiam nauigarunt, ac multo ibi tempore verſati ſunt, itemque ab Indis ipſis, qui inde in Aegyptum venerunt, multa per Indiam non ſolùm littoralem, ſed & interiorem vſque ad Auream Cherſoneſum & Cattigaram etiam particulariùs dicisſe confiteatur, quis dubitet ipſum huiuſmodi mathematicas & cœleſtes obſeruationes paſſim à mercatoribus peritisque alijs viris factas aut perceptas quàm diligentiſſimè perquiſiuiſſe, proindè & Geographicæ conſcriptioni ſuæ tanquam certiſſimum fundamentum ſuppoſuiſſe? ſiquidem idipſum ſe facere lib. 7. cap. 5. clarè teſtatur. Quamobrẽ cum eam peregrinationis partem hiſtorica enarratione in prioribus libris non reddat, ſed ea in genere tantùm in primis ratiocinetur, & pro eius ratione locorum ſitus deinde numeris conſtituat, vt ex prologo 2. libri conſtat, certum eſt 8. lib. dierum magnitudines diſtantiasq; ſecundum longitudinem à meridiano Alexandriæ non ex præcedentibus numeris concinnaſſe, ſed ex obſeruationum traditionibus in premiſſæ conſcriptionis demonſtrationem congeſſiſſe, id conuincit & præcedentium numerorum differentia. enimuerò in 3. Europæ tabula Viennam Maſſiliam Lugdunum & Nemauſum in eadem omnes à meridiano Alexandriæ longitudinis diſtantia collocat, quum 2. lib. nequaquã eandem omnibus longitudinem adſcribat, ſed Nemauſum vno gradu occidentalibus Vienna, & $2\frac{1}{2}$. Maſſilia ponat. Similiter tab. 5. Europæ Sacarbantiam Pannoniæ ſuperioris, & Iaderam Illyridis eiuſdem diſtantiæ notat, cum antea longitudinis differentiam graduum $2\frac{1}{2}$ numeris ſignarit. Idem pluribus locis per tres orbis continentes eſt deprehendere, vt non è præcedentium librorum numeris has dierum magnitudines, diſtantiasq; à meridiano Alexandriæ collegiſſe, ſed è contrario ex his numeros illos compoſuiſſe ſit certũ. Quod porrò ab his numeri illi nonnunquam diſſentiant, in cauſa eſt obſeruationum cœleſtium imperfectio, quæ etiam doctiſſimis exercitatiſſimisque obſeruatoribus quandoque obrepit, circa quas prudenter agere Geographum oportet, vt dum aliæ in abundantia, aliæ in defectu peccant, nullis interim certioribus & indubitatis obſeruationibus admixtis, medium illarum ſequatur, & quantum his

quidem obſeruationibus addit, tantùm illis adimat, erroresque mediet, ne nimium in alteram partem à vero recedat, ſed illi propiùs accedat. Sic certiſſimas & irreprehẽſibiles obſeruationes, qualis eſt illa eclipſis obſeruatio Arbelis & Carthagine facta, primùm retinens Ptolemæus, in reliquis mediã quandã viã ſequutus eſt, prout regionum ſitus & profectionis reliqua hiſtoria patitur, & his quidẽ addidit, illis verò nonnihil ademit, quo longiùs ab obſeruationibus q̃ illas peccare contigit, recederet. Quod ſi ex præmiſſis long. & latit. numeris dierũ magnitudines ac diſtantias à meridiano Alexandriæ ſupputare fuiſſet inſtitutum, id nõ in paucis nobilioribus vrbibus, ijſq; nonnunquam in vno tabulæ angulo cumulatis, ſed in omnibus talibus, quin & in ignobilioribus quoque locis per reliquas tabulæ partes præſtitiſſet, quo per totam tabulæ æream huiuſmodi conditiones ſpectatori innoteſcerent, aut vno potiùs abaco vnaque regula omnium ſimpliciter locorum cœleſtem ex longitudinis latitudinisque numeris rationem percipere docuiſſet. Nunc verò nonnunquam nobilioribus locis præteritis, exiguas inſulas in hanc conſiderationem aſſumit, ſed celebrioribus nauigationibus frequentatas, vt geometricas cœleſtesque in his obſeruationes ſequutum eſſe ſit certiſſimum. Quamobrem grauiter peccauerunt, qui huic octauo libro lunam adhibere auſi fuerunt, errores enim huiuſmodi obſeruationum, dum qua parte peccent ignotum eſt, caſtigandi nulla certa ratio iniri poteſt, quam tamen temeritatem hic noſtro Ptolemæo multum detrimenti intuliſſe vel inde apparet, quòd in regionibus notioribus, magisque frequentatis, non in quibuſdam tantùm vrbibus, vbi fortè docti obſeruatores ſuperiorum non deerant, ſed per complures quæ in hunc catalogum referuntur ciuitates, adeò exquiſitè numerorum fracturis dierum magnitudines longitudinesque ab Alexandria notantur, adeoq; exactè ad præmiſſos longitudinis latitudinisque numeros accedunt. Non enim credibile eſt per maximam eorum qui recenſentur locorum partem vſque adeò perfectas obſeruationes habitas fuiſſe. Vtut autem hæc ſe res habeat, veriſimiliorem exemplariorum conſenſum ſequutus, cuique tabulæ ſuas obſeruationes cœleſtes, tanquam præcipuum Geographiæ membrum præſcripſi, quo Ptolemaici operis ratio, quam ſequutus eſt, per omnia præſens habeatur, & cum noſtri temporis hiſtoria Geographica conferri poſſit. Hactenus eorum quæ Ptolemæi ſunt, rationem habes lector, nunc quæ de meo addidi, ſubiungam.

Quęcunque numeris deſignat Ptolemæus, duabus tantum quantitate differentibus notis diſtinctionis cauſa ſignaui, vrbes, ciuitates, portus & vicos maiore orbiculo, reliqua omnia minore. Porrò ciuitates, quarũ 8. libro rationes mathematicæ deſcribuntur, duplici orbiculo notatæ ſunt, quo diſquiſitæ ſtatim appareant. Quæ autẽ alia ab exẽplaribus aut longitud. aut latitudine conſtituenda mihi erant, eorum ſingulorum cauſas cuiq; tabulæ prænotaui. In littorũ ductibus nihil prohibet eos anfractus, qui in recentioribus & nunc melius perquiſitis deſcriptionibus reperiuntur imitari, non enim poſtulat Ptolemæus à puncto in punctum ſemper rectas duci lineas, ſed ſatis eſt promontoria, portus, ſinus, oſtia fluminum, inſularum meditullia, ab ipſo deſignata ſuo loco reponere, reliquam autem littoris curuaturam iuxta veritatem vtcunque formare vtile eſt ad collationem veteris nouæque Geographiæ, eoipſo enim quæ loca quibus hodie reſpondeant, commonſtratur, & facilior ad interiora quoque comparanda, antiquitatesque in neotericis tabulis commonſtrandas via præbetur, quo etiam ſeruiunt fluminum, quorum oſtia tãtum notat, veriores decurſus ſignati. Et frequenter diligens veri littoris imitatio numerorum corruptelas manifeſtat, ac rectè caſtigandi occaſionem præbet, ideo ſtudioſè in hoc aduigilaui, vt littorum inſularumque veram formam, quatenus numeri autoris patiuntur, exhiberem. Antiquorum autem nominum cum neotericis comparationem & ſynonymiam huic operi intexere vt incommodum, ita & inconſultum fuit, non enim in hoc Ptolemæi opere multis modis imperfecto fieri id poteſt, & plures ſunt veteris Geographiæ nomenclaturæ apud alios autores, quorum ratio quoque habenda eſt, ita vt hoc inſtitutum opus per ſe requirat, nec Ptolemæo miſceri poſſit, donec in veram ſymmetriam, etiam particularium locorum, omnes eius tabulæ redigantur, quod Deo volente in tertio Geographicarum tabularum tomo quantum in me erit, præſtabo, in quo id operam dabo, vt qui hanc meam æditionem habuerit, vel ſine omni admonitione & indicio, ſola inſpectionis collatione loca Ptolemæi omnia dinoſcat, atque inde in recentioribus tabulis ſecundi tomi ipſemet digito deſignare ſtatim poſſit, ſynonymiamque addiſcere: proinde hic tantum Ptolemæi opus ſuæ antiquitati reſtitutum exhibere conſilium fuit, ante quam operam fruſtra collationis ſtudium ſuſcipere vanum erat. Regionum quæ in ſingulis tabulis à Ptolemęo deſcribuntur nomina, charactere capitali inſcripſi, circumiacentium autem regionum, quarum confinia illuſtrandi illarum ſitus cauſa adiunxi, alio minore literarum genere depinxi, quo quid cuique tabulæ ſit proprium internoſcatur. In deſcribendis meridianis latitudinumque parallelis Ptolemæi præſcriptum ſequutus non ſum, iubet ille in vnaquaque tabula pro ratione paralleli, qui per medium eius incedit, ad meridianum ſiue circulum maximum, gradus longitudinis gradibus latitudinis adaptare, meridianosque parallelos conſtituere, at quia ſic ſuprema tabulæ quæ verſus polum ſunt, nimium ſupra rationem ſphæræ in longitudinem expanduntur, contra ima quæ verſus meridiem ſunt, nimium contrahuntur, alium concepi modum, iuxta quẽ meridianorum parallelorumque poſitus, & ad inuicem habitudines, quàm proximè ad eam rationem quæ in ſphæra eſt, accedant. Latitudine tabulæ, conuenienti deſignata, eam in tot partes diuido, quot latitudinis gradus ſuſcepta tabula requirit, & aſſcriptis numeris parallelos per ſingulos latitudinis gradus duco, numerum deinde graduum latitudinis in quatuor æquas circiter partes diuido, duosque parallelos aſſumo, vnum qui quartam circiter graduum partem ſupra ſe relinquat, alterum qui tantundem proximè in imo tabulæ ſub ſe concludat, ita vt dimidium totius latitudinis graduum intra duos hoſce parallelos comprehendatur. Meridianum deinde medium tabulæ ita duco, vt rectus vtrique parallelo inſiſtat, à quo in vtroq; parallelo, iuxta illius ad meridianum rationẽ, gradus lõgitudinis in vtranq; partẽ circino cõſequenter deſigno, demum per vtriuſq; paralleli correſpõdentia ſigna meridianos duco, q̃ hinc inde magis minuſve ad medium illum meridianum inclinabuntur, prout latitudo tabulæ polo aut æquinoctiali propinquior fuerit. Exemplũ accipe in 10. tab. Europæ, in qua gradus ſunt latitudinis $8\frac{1}{2}$. nimirum extremi 34. & $42.\frac{1}{2}$. ductis, ergo horum graduũ aſſumo 36. & 40. graduum parallelos, & ad rectos angulos his inſiſtentẽ meridianum duco per medium tabulæ, cui 50. numerum adſcribo, quòd is gradus lõgitudinis medio huius tabulæ cõpetat, poſtea expanſo circino in ternos aut quaternos gradus, qui iuxta rationem paralleli 40. graduum ad meridianum accepti ſint, vnum circini pedem in huius paralleli & meridiani medij ſectione conſtituo, eoque inde volutato, gradus longitudinis in vtramq; partem ſigno, idem deinde in altero parallelo 36. iuxta illius ad meridianum rationem, facio, duobusq; his parallelis in gradus longitudinis ſic diuiſis, à medio meridiano incipiens, reliquos meridianos ſigno in vtroque tabulæ latere,

in eo-

in eorumq; ſummis imisq; extremitatibus, in limbo videlicet tabulæ, conuenientes longitudinis numeros aſſcribo, atque ita iuxta ſphæricam proximè rationem diſtributa area, inſcriptionem regionum aggredior. Hac inſcribendorum meridianorum forma id efficitur, vt quantum in ſumma imaq; tabulæ latitudine meridiani ſe ſupra ſphæricam rationem expandunt, tantundem in medio tabulæ contrahantur, quod in exiguo graduum latitudinis numero multum eſſe nequit, quantumcunque autem id ſit, ea duorum parallelorum conſtitutione ita mediatur, vt locorum diſtantijs configurationibusq;, quas in ſphæra fuerant habituri, quàm minimum officiat. Rationem autem paralleli cuiuſq; ad meridianum ſic inuenio. Sit a.b.c. quarta pars circunferentiæ meridiani circuli, ſufficienti amplitudine du



cta, quam in gradus 90. diuido, ſitq;, d. centrum meridiani & ſphæræ, b. polus mundi, a.d. communis ſectio meridiani & æquatoris, d.b. dimidium axis mundi. In hoc quadrante aſſumo latitudinem paralleli propoſiti, verbi gratia 40. in c. & duco lineam c. d. ſumptis autem per circinum tribus vel 4. gradibus latitudinis in tabula primum deſignatis, conſtituo vnum eius pedem in centro d. alterum demitto in lineam c. d. & vbicunque incidit, quòd ſit in e. ibi eodem manente priorem contraho, donec b.d. lineam tangat, non ſecet, hoc eſt in f. incidat, angulos rectos cum b. d. faciens, ita iam contractus circinus totidem gradus, quot ex latitudine ſumpſeram, in parallelo 40. ſignandos comprehendit. Rurſus circinum ad tres vel 4. gradus latitudinis expanſum infero in g. d. lineam, quæ ad alterius paralleli 36. latitudinem ducta ſit, & ibi vt prius contracto circino, donec in h. conſiſtens b.d. lineam priore pede tangat ac non ſecet, habeo magnitudinem graduum in parallelo 36. ſignandorum. Hæc rationum inuentio verboſa demonſtratione opus non habet, qui vel prima rudimenta geometriæ guſtauit, facilè intelligit circunferentiarum rationem ad inuicem eſſe quæ eſt diametror umproinde circunferentiæ paralleli 40. eandem eſſe rationem ad meridiani a.c.b. totam circumferentiam, quæ eſt c.k. ad a.d. ſiue ad c.d. Iterum e. f. ad e.d. eandem eſſe rationem, quæ eſt c.k. ad c.d. propter triangulorum c.k.d. & e.f.d. ſimilitudinem, quare cum e.d. tribus meridiani gradibus ſit æqualis, erit & e. f. tribus longitudinis gradibus in parallelo 40. æqualis. Simili via in parallelo 36. demonſtratur h.i. tres ibi gradus comprehendere. Hanc igitur duorum parallelorum rationem ſequutus ſum, quoties non contemnenda ſupremi infimiq́ue parallelorum in ratione ad meridianum differentia incideret, vbiverò exigua ſatis in his differentia erat, vt meridianorum inclinatione opus non eſſet, medium tabulę parallelum pro meridianorum diſtantia, longitudinisque partibus determinandis aſſumpſi, meridianosq; parallelos feci, quemadmodum in 7. Europæ tabula videre licet. Nonnunquã item medium meridianum extra tabulæ mediũ trãſtuli, & parallelos lõgitudinũ indices inæquali à ſummo imoq; tabulæ ſpacio aſſumpſi, propter regionum, quæ in ea tabula deſcribuntur, præcipuam partẽ à medio tabulæ declinantem, quam medio meridiano mediam ſecari, medioq; parallelorum interſtitio comprehendi cõuenit, vt quod in ambitu extremo creſcit ex inclinatione meridianorum vitium, longiùs à copioſiore deſcriptionis parte remoueatur. In ſingulis porrò tabulis ad quorum, parallelorum meridianiq́ue rationem reliquos meridianos conſtituerim, inclinauerimq́ue, propria ad hoc picta tabella annotaui, quo de areæ cuiuſque ſymmetria, & conuenienti pro recipienda deſcriptione fundamento inſpectori conſtet. Ne autem quid in hoc præclaro Ptolemæi opere deſiderari poſſit, conſilio & ſuaſu viri proſapia & eruditione clariſſimi, & ad iuuanda bonarum artium ſtudia propenſiſſimi Domini Damiani Quadi, Domini in Landskron, indicem omnium quæ apud Ptolemæum ſunt locorum & populorum tabulis ſubiunxi, ex quo quid veteris Geographiæ habeat vel non habeat Ptolemæus, quaq́ue mundi parte & quo in regno locoq́ue conſtituat, facillimum erit deprehendere, quod hiſtorias veteres legentibus frequenter vſui eſſe contingit.

Addidit Ptolemæus lib. 8. in quibus ſignorum partibus ſolem verticalem nanciſcantur ea loca, quorum obſeruationes mathematicas & cœleſtes aſſignauit, quod ex obſeruationis hiſtoria deſumpſiſſe non exiſtimo, ſed inde demonſtratum de ſuo addidiſſe, vt tamen inde ſumpſerit, magis hoc ad naturæ locorum quàm ad terrarum ſitus (qui in hoc opere potiſſimum & ſolus ferè conſideratur) hiſtoriam pertinet, cuius ſi quis etiam hic delectetur ſpeculatione, is hanc vnicam regulam præ oculis habeat. Quæcunque loca minorem habent latitudinem, ſiue boream, ſiue auſtralem, quàm ſit maxima ſolis declinatio, hoc eſt minorem $23\frac{1}{2}$. gradibus, ea bis in anno ſolem ſupra verticem habent, idq́ue tanto maiore temporis interſtitio, quanto minor latitudo fuerit, vt ſub æquatore dimidius intercedat annus, quæ verò in ipſis ſunt tropicis, id eſt, ſub maxima ſolis declinatione, ſemel tantùm verticalem habent: quæ denique extra hanc ſiue in boream ſiue in auſtrum ſunt, nunquam ſolem in vertice vident. Itaque ex ipſa cuiuſque loci latitudine, quæ circino ex imo vel ſupremo tabulæ limbo rectà in locum expanſo, indeq́ue in latere tabulæ latitudinis gradibus applicato ſine negotio deprehenditur, ſtatimobuium eſt, ſemel ne in anno, an bis, an nunquam ſol illius verticem attingat. Quo autem, quibus in ſignis id fiat, & quantum duę huiuſmodi ſolis poſitiones inter ſe diſtent, cognoſci poſſit, inſtrumentum hoc ſubijcere placuit, in quo a. b. arcus eſt circuli maximi, vtramque declinationem vſque ad $23\frac{1}{2}$. gradus continens. c. d. & g.h. ſcalæ ſunt graduum ex a. b. arcu huc ad æquidiſtantiam æquinoctialis traductorum. Circumferentia ſuper diametro. e. f. ducta ecliptica eſt in ſigna & gradus diuiſa. Huius inſtrumenti hic erit vſus. Quando latitudo loci minor fuerit declinatione ſolis maxima, tum pes vnus circini in e. aut f. conſtituatur, alter in latitudinem propoſiti loci extendatur, ita expanſus circinus, vno ſemper pede æquinoctialem obtinente, æquidiſtanter ſcalæ graduũ promoueatur, donec alter pes in eclipticã inciderit, hic vnus erit ſolis verticalis locus, deindè vlterius eodem curſu procedat circinus, donec idem hic ſecundus pes iterum eclipticam tangat, circulum iam egreſſurus, hic nunc alter erit verticem occupantis ſolis locus, quantum porrò hi loci inter ſe diſtent, arcus eclipticæ intermedius oſtendet, qui ſi ex annuis ephemeridibus ad anni tempora conferatur, mox quo die primum, quo rurſus ſecundo verticem tranſiturus eſt ſol, patefaciet.


Tropicus Cancri.
Latitudo borea.
Latitudo borea.
Aequinoctialis
Latitudo australis.
Latitudo australis.
Tropicus Capricorni.

Imperialis Cæsareæ Maiestatis interdicto cautum est, ne quis hoc Ptolomæi geographicum opus à Gerardo Mercatore editum, sine ipsius consensu intra Sacri Romani Imperij Regnorumq; ac Dominiorum suæ Maiestatis hæreditariorum fines hisce decem annis proximis, à prima eius editione numerandis, recudere audeat, aut recusum alibi, vænale inferre, sub multa gravissima in diplomate contenta. Datum Viennæ Austriæ 26. Maij. 1578.

Regio Catholicæ Maiestatis edicto cautum est, ne quis proximo quinquennio præter Gerardum Mercatorem Rupelmundanum, vel eum, cui ab ipso permissum erit, Claudij Ptolomæi tabulas, à se restitutas atque emendatas, ac Illustrissimo Ducì Cliuiæ, &c. dedicatas, neque vniuersas coniunctim, neque vllas separatim, in vniuerso Regiæ Maiestatis suæ dominio excudat, aut alibi excusas, importet, venalesúe habeat, sub pœnis in ipso Regis edicto nominatim expressis. Datum 3. Februarij 1578. Bruxellæ.

subsignatum

Blyleuen.

VNIVERSALIS TABVLA
IVXTA PTOLEMÆVM.

In qua tres continentis partes, Europa, Africa, & Asia, quatenus ipsius tempore innotuerant, delineatæ sunt.

Hæc vt sequentibus seruiat descriptionibus, et sit omnibus veluti regula quædam communis, parallelos vno sui latere annotatos habet, quorum differentia ab equinoctiali in longitudine diei maximæ, latitudoque iuxta Ptolemæi libr. 1. cap. 23. præscriptum, est hæc.

Sub equinoctiali perpetuo dies nocti æqualis, in reliquis autem parallelis non item.

	Maxima dies horarrum.	*Latitudo siue Distantia ab equinoctiali.*
Primi paralleli	$12\frac{1}{4}$	$4\frac{1}{4}$
Secundi	$12\frac{1}{2}$	$8\frac{1}{4}$
Tertij	$12\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$12\frac{1}{2}$
Quarti	13	$16\frac{1}{2}$ Per Meroen.
Quinti	$13\frac{1}{4}$	$20\frac{1}{4}$
Sexti	$13\frac{1}{2}$	$23\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ Per Sienem.
Septimi	$13\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$27\frac{1}{4}$
Octaui	14	$30\frac{1}{3}$
Noni	$14\frac{1}{4}$	$33\frac{1}{3}$
Decimi	$14\frac{1}{2}$	$36\frac{1}{12}$ Per Rhodum.
Vndecimi	$14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$	$38\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Duodecimi	15	$40\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$
Decimitertij	$15\frac{1}{4}$	$43\frac{1}{12}$
Decimiquarti	$15\frac{1}{2}$	45
Decimiquinti	16	$48\frac{1}{2}\frac{1}{12}$.
Decimisexti	$16\frac{1}{4}$	$51\frac{1}{4}$.
Decimiseptimi	17	54
Decimioctaui	$17\frac{1}{2}$	$56\frac{1}{6}$
Deciminoni	18	58
Vigesimi	19	61
Vigesimi primi	20	63 Per Thylen.

NOmina Parallelis quatuor tantùm à locis subiectis indidit, quòd secundum illos maximè tum veteres, tum ipse totius continentis latitudinem longitudinemq; ex profectionum historijs contemplati essent. Ex horum parallelorum positione & differentia non solùm cuiusq; regionis, sed & singulorum in sequentibus tabulis locorum maximum diem speculari datur, siquidè ex eius latitudine facilè est deprehendere sub quo parallelo, aut intra quos constituatur, proinde & maximæ in eo diei quantitatem definire, pro Ptolemæi tempore, cum maxima solis declinatio partium $23\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ erat. Quanquam autem climatum mentionem non faciat Ptolemæus, quòd exactiorem geographiæ rationem suppeditarent paralleli, tamen quia veteribus illa in vsu sunt, & hanc parallelorũ distributionem comitantur, ea in altero huius tabulæ latere designaui, quorum positio, initium à tertio parallelo faciens, per differentiam dimidiæ horæ continuo progreditur. Sic igitur cum parallelis incedunt.

Primum clima	Per Meroen	parallelus 4	*medium secat.*
Secundum cl.	Per Syenem	parallelus 6	
Tertium cl.	Per Alexandriam	parall. 8	
Quartum cli.	Per Rhodum	parall. 10	
Quintum cli.	Per Romam	parall. 12	
Sextum	Per Pontum	parall. 14	
Septimum.	Per Borystenis ostia	par. 15	
Octauum	Per Ripheos montes	par. 16	

IN hac tabula parallelorum non vnius alteriusue (vt sufficire dicit Ptolemæus) sed omnium planè symetriam ad circulum maximum seruaui, quo sphæricæ dispositionis formam quadranguli quàm proximè repræsentarent, & debita longitudinis ad latitudinem proportio in regionibus seruaretur. Oculi tamen in medium totius continentis centrumq; sphæræ directi rationem, quam li. 1. ca. 24. iubet Ptolemæus, obseruaui, quod ea doctè, eleganter, accommodatissimeq; ad opticæ exigentiam excogitata sit. Singulis regionum nominibus addidi, qua sequentium tabularum illæ latius à Ptolemæo describantur.

* *

Circius.
Septentr
Corus.
Zephirus.
Occidens.
Africus.
Euroafricus.
Auster.
Hibernia
Albion
Thyle
Terra incognita.
Hyperboreis montes
Belgica
Germania
Sarmatia
Asiae
Europae
Dacia
Mysiae
Thracia
Bithynia
Galatia
Cappadocia
Taurica
Italia
Corsica
Sicilia
Sardinia
Mare interior
Pelopon:nesus
Creta
Cyprus
Syria
Armenia maior
Mesopotamia
Arabia deserta
Babylonia
Susiana
Arabia Petrea
Arabia foeix
Sinus Persicus
Sinus Arabicus
Aethiopia
sub Aegypto
Libya
Cyrenaica
Mauritania
Fortunatae insulae
Hispania
Lusitania
Baetica
Gallia
Narbonensis
Aquitania
Lugdunensis
Rhenus flu.
Danubius flu.
Vistula flu.
Tanais flu.
Nilus flu.
Mare Fortunatae
Mare Exterius
AFRICA
Aethiopia interior
Aegypto
Sinus Barbaricus
Raptum pro
Prassum prom.
Lunae montes a quibus Nili paludes nives suscipiunt.
Aromata
Apocopa
Aethiopum
Agisymba
Dorum currus mons
Thala mons
Arualtes mons
Dauchis mons
Fon mons
Xiphe mons
Caphas mons
Atlas mons
Mauritania Tingitana
Mauritania Cesariensis
Africa
Carthago
Cyrene
Alexandria
Arabia Petrea
Phoenicum opp.
Gerra
Saba
Sabatha
Meroe
Axume regia
Adulitanorum emp.
Color
Rapta
Mosse
Mosse m
Pyhi mons
Cambysis arvorum
Nilus flu.
Tacapa
Leptis
Cyrene
Syrtes
Lybia pilus rior.
Lynxanna
Tritonis lacus
Cuphe
Nigira
Tingi
Tingis
Mauro
Darados flu.
Salacta
Gamarus
Bagaia
Sala
Salde
Tacumsera
Atlas maior mons
Hesperi cornu
Lumen
Phitana
Casperia
Canaria
Pretuaria
Aprosytus
Sub aequinoctiali circulo dies ac noctes semper sunt aequales.
Parall. lon. diff. dies ra 4 hor.
Parall. apo. stivae lib. per Meroen.
Parall. in 4.
Parall. in 4.
Parall. in 4

Boreas.
Cecias
Eurus.
Euro:
notus.
Notus.
Alani Scythe
Scythia in: Alani montes
tra Imaum.
Scythia ex:
Serica 8.
Asseda Serica
Asseda Scythica
Sogdiana 7.
Sacæ 7.
Bactriana 7.
Margiana 7.
Hyrcania 7.
Aria 9.
Paropanisus 9.
Arachotia 9.
Drangiana 9.
Gedrosia 9.
Carmania 6.
India intra Gangem 10.
Gangeticus sinus
Aurea Chersonesus
Sinus Magnus
Climata borea
Climata australia
Taprobana 12.
Tenala
Sada
Triphphon
Daona
Balonga
Sabana emp.
Baruffe insulæ
Sabadibe insulæ
Labadij insulæ
Sinde insulæ
Bone fortunæ insulæ
Nagadiba
Tibala
Susiara
Colchi
Cory
Malanga emp.
Malanga regia
Locus unde sumunt in Ceylon margaritas.
Bazacata
Cottiara
Gange
Ganges flu.
Indus flu.
Namadius flu.
Bettigus mons
Vindius mons
Adisathrus m.
Orudy montes
Meandrus mons
Damasi montes
Emodi montes
Caucasij m.
Amaus mons
Asgatanus mons
Imaus mons
Tauri montes
Asfalti montes
Rhymnici montes
Norossi m.
Oxus flu.
Oxiana
Oxy montes
Tyrio montes
Sythi montes
Auzacæ montes
Oechardes flu.
Statio mercatorum ad Seras proficiscentium
Bautisus flu.
Ottorocora
Throana
Piada
Asmirica
Sera
Rhandamarcotta
Cinara
Serus flu.
Pondassa
Daona flu.
Bosanga flu.
Cambia
Magnum pr.
Zadic
Sabana emp.
Cattigara Sinarum statio
Tenala pr.
Gangeticus sinus
Taprobana
Maagramum
Nagadiba
Tibala
Susiara
Talacoi
Orneos
Aegidiorum
Monache
Ammine
Carcus
Phelicus
Erene
Hodeca
Arana
Balaca
Alaba
Gumara
Zaba
Calandradua
Bassa
Mauathias insula
Armuza
Carmania
Carmania deserta
Alambatera extremum
Barigaza
Simylla emp. & prom.
Syagros extrema
Sinus flu.
Sinus magnus
Cordiba
Sabadibe insulæ
Labadij insulæ
Sinde insulæ
Baruffe insulæ
Bone fortunæ insulæ
INDICVS
OCEA
NVS
Climata australia
Climata borea
Subsolanus
Oriens
Septentrio.
Meridies
Occidens
Auster
Zephyrus
Africus
Circulus Equinoctialis
Circulus Polaris
Circulus Tropicus
Mare Caspium
Mare Indicum
Sinus Magnus
Aurea Chersonesus
Gangeticus sinus
Taprobana
Sabana emp.
Cattigara Sinarum statio
Bone fortunæ insulæ
Baruffe insulæ
Sabadibe insulæ
Labadij insulæ
Sinde

VNIVERSALIS TABVLA IVXTA PTOLEMEVM

Circius.
Septentrio.
Boreas.
Corus.
Cecias
Africus.
Euroafricus.
Auster.
Notus.
Euro:
notus.
Eurus.
Occidens.
Oriens.
Climata boreea
Climata australia
Hiberna
Albion
Belgica
Germania
Gallia
Narbonensis
Hispania
Sarmatia
Scythia
Alani Scythe
Terra incognita
Hyperboreo montes
Hyrcanum mare sive Caspium
Mare inter
Sardinia
Corsica
Sicilia
Cretia
Cypro
Rodus
Libya
Mauritania
Fortunate
Aethiopia
Aethiopia interior
Aethiopia interior. 4. tabulas habet
Aethiopia sub Aegypto
Aegisimba regio Aethiopum
Sinus Barbaricus
Sinus Persicus
Sinus Magnus
Gangeticus sinus
India
India intra Gangem
Aurea Chersonesus
Taprobana
Serica
Sogdiana
Bactriana
Margiana
Aria
Paropanisus
Arachosia
Drangiana
Gedrosia
Carmania
Media
Parthia
Armenia
Mesopotamia
Arabia deserta
Arabia felix
Susiana
Persis
Cilicia
Pamphilia
Galatia
Bithynia
Thracia
Macedonia
Epirus
Peloponnesus
Tauria
Colchis
Albania
Iberia
Mauritania Tingitana
Mauritania Sitifensis
Numidia
Cyrenaica
Libya interior
Libya exterior
Mare Rubrum
Sinus Arabicus
Sinus Barbaricus
Sinus Magnus
Sinus Gangeticus
Mare Caspium
Mare Hyrcanum
Mare Nostrum
Mare Atlanticum
Mare Indicum
Oceanus Indicus
Oceanus Atlanticus
Oceanus Septentrionalis
Oceanus Boreus
Oceanus Sinicus
Oceanus Caspius
Oceanus Hyrcanus
Oceanus Persicus
Oceanus Arabicus
Oceanus Barbaricus
Oceanus Magnus
Oceanus Gangeticus

EVROPAE TABVLA I.

In qua Insulæ Britannicæ duæ, Hibernia & Albion cum minoribus adiacentibus describuntur.

Insignes Ciuitates, in quibus factæ sunt obseruationes cœlestes, sunt hæ.

	Maxima diei hora.	*Distantia horaria à meridiano Alexandriæ.*
Thyle insula	20.	2. in occasum.
	HIBERNIAE.	
Iuernis	18.	$3\frac{3}{4}$ in occ.
Rheba	$18\frac{3}{4}$	$3\frac{1}{5}$ in occ.
	ALBIONIS.	
Londinium	17.	$2\frac{2}{3}$ in occ.
Eboracum	$17\frac{1}{2}\frac{2}{3}$	$2\frac{1}{3}$ in occ.
Caturactonium	18.	$2\frac{2}{3}$ in occ.
Alata castra	$18\frac{3}{2}$	$2\frac{1}{6}$ in occ.
Dumna insula	$19\frac{3}{6}$	2 in occ.
Vectis insula	$16\frac{2}{3}$	$2\frac{2}{3}$ ferè in occ.

ANNOTATIONES.

In Hiberniam.

SAMNIVM promontorium in long. $15\frac{2}{6}$ posui, tametsi Romanum exẽplar in 16. reliqui in 15. constituant, sic enim melius promontorij speciem exhibet, & magis sine deformatione hodiernæ littorum figuræ respondet. Et fieri potest vt Rom. exemplar ex $15\frac{1}{6}$ confecerit 16. fractionem cum integro numero contrahendo, qualem errorem tum in hoc, tum in alijs non rarò est deprehendere.

Regia altera in exemplaribus omnibus habet lat. $59\frac{1}{2}$ sed quia post Rhebam, Laberum & Macolicum recensetur, ordinis ratione aliam lat. & minorem requirit, constitui itaque in $58\frac{1}{2}$ cui & situs veritas respondet, Macolicum enim haud dubiè est quod Malck *in neotericis scribitur tabulis, ad quod* Lymbrich *vrbs (quæ Regia altera hæc omninò esse videtur) hunc situm & distantiam retinet.*

Ebudas duas nomine exemplaria ponunt in lat. 62. existimo in 63. aut $62\frac{1}{2}$ reponendas esse, sic enim situs earum propius veritati respondet, sunt enim hodie Eust & Leuis, *quæ Maleo insula nunc Mula dicta sunt Septentrionaliores. Sequutus tamen sum exemplariorum consensum.*

Mona insula in omnibus exempl. est in 15. $57\frac{2}{3}$. quum ordo insularum & verus eius situs postulent (vt posui) 17. $59\frac{2}{3}$. Post hanc enim Edri & Limni insulæ designantur.

In Albionem.

ALBIONIS tota pars Septentrionalis errore eorum quorum relatu descripta fuit in Orientem extenditur, cum deberet in Boream, cuius vel Epidij insulæ à cognomine, adeoque affini haud dubiè promontorio nimia distantia testis esse potest. Neque enim Epidium insulam longius à Maleo insula separare potuit, quòd earum situs, & ad Hiberniam habitudo rectè constituta esset.

Camudolanum cum in Mediterraneis Orientalius Venta dicat Ptol. rectè ab exemplaribus in 21. 55. locatur, quamobrem littora vicina Orientaliora esse conuenit, quàm habent numeri. Existimo igitur Garienni ostium non in long. 21. vt habent exemplaria, sed in $21\frac{1}{4}$ collocandum esse, in qua sequens extensio littoris scripta est, & hanc non in $21\frac{1}{4}$. verùm in $21\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ restituendam esse, & Idumanij fluuij ostia non in long. 20. vt habent exemplaria, nec in $20\frac{1}{2}$. vt Rom. sed in $21\frac{1}{2}$. & in lat. 55. (quam habent Rom. & Nouiom.) collocanda esse.

Fluminum nullorum origines in hac tabula describit Ptolemæus.


OCEANVS HYPER BOREVS
Ebudę insulę quinque
Maleos
Ebuda
Ebuda
Ricina
Monaeda
Vennicnium prom:
Robogdium prom:
Boreum prom:
Vennicnij
Ro bog dij
Argita flu:
Darni
Erdini
Vidua flu:
Ravius flu:
Nagnata vrbs
Nagnate
Regia
Voluntij
Logia fl:
Vnderius flu:
Isamnium prom:
Libnius flu:
Rheba
Blani
Eblana ciuit:
Senus flu:
Ausoba flu:
Laberus
Edri deserta
Mona
Nouius fluuius
Auteri
Cauci
Oboca flu:
Limni deserta
Dur fluuius
Macolicum
Dunum
Manapia
Modonus flu:
Ituna estuarium
Gangani
Regia altera
Manapij
Coriondi
Moricambe estuarium
Epiacum
Iernus flu:
Iuernis
Vellabori
Vterni
Dabrona flu:
Brig antes
Notium promontorium
Vo die
Hieron vel sacrum prom:
Vimouium
Brig an tes
Calatum
Ohcana
Setantiorum portus
Rigodunum
Belisama æstuarium
Seteia estuarium
Camulodunum
Parisi
Medi olanium
Ordoui ces
Deuana legio 20 Victrix
Cornabij
Tisobis flu:
Brannogenium
Gangano rum prom:
Viroconium
Lindum
Coritani
Stuccia flu:
Rage
Tuerobis flu:
Luentinum
Silures
Bullę um
Demetæ
Maridunum
Corinium
Dobuni
Octapitarum prom:
Tobius flu:
Ratostabyhus flu:
Sabriana æstuarium
Atrebatij
Cakeua
Vexalla æstuarium
Aquę calidę
Venta
Belgę
Iscalis
Regni
Durotri ges
Magnus portus
Hercules promont:
Wella
Isca
Legio 2 augusta
Dumium
Antuestęum quod & Bolerium prom:
Dum no
Volba
Tamare
Tamarus fluuius
Isca fluuius
Alaunius flu:
Damonium quod & Ocrinum prom:
Cenion fluuius
Britan nicus oceanus
VERG INIVS
OCE ANVS
Medius meridianus 20, reliqui ad eum inclinantur ratione 54 & 60 parallelorum.

DEVCALEDONIVS
OCEANVS
Medium insulę
Thyle insula
Orcades insulę trigynta circiter
Dumna
Ocitis
Nouantum prom: & Chersonesus
Rerigonius sinus
Vidogara sinus
Epidium prom:
Longus flu:
Ivis fluuius
Nabeus flu:
Rerigonium
Lucopibia
Epidij
Cerotes
Creones
Carnonacæ
Carini
Cornabij
Taruedrum quod & Orcas prom:
Viruedrum promontorum
Vanduara
Caledonia silua
Simertę
Logi
Gadini
Caledonij
Cantę
Verauium promont:
Banatia
Lindum
Clota æstuarium
Coria
Alata castra
Tuesis
Varar æstuarium
Tiesis æstuarium
Cebnius fluuius
Tæzalum prom:
Alauna
Victoria
Tamia
Vacemagi
Colania
Curia
Bremenium
Orrea
Venicones
Tæzali
Otadeni
Boderia æstuarium
Alaunus flu:
Tina fluuius
Tava æstuarium
Dina fluuius
Saxonum insulę tres
Isurium
Dunum sinus
Eboracum
Victrix
Gabrantuicorum portuosus sinus
Ocelum prom:
Abus fluuius
Petuaria
GERMANICVS
OCEANVS
Albis fluuius
Metaris æstuarium
Salinę
Venta
Garienus flu:
Camudolanum
Idumanius flu:
Iamesa æstuarium
Caunos
Toliapis
Rutupię
Cantium prom:
Cantij
Daruernum
Nouius portus
Tecelia
Phleum
Mararmanis portus
Amisius fluuius
Visurgis fluuius
Vidrus fluuius
Germania
Gesoriacum nauale
Itium prom:
Mosa fluuius
Lugdunum Batauorum
Tabula fluuius
Phrudis flu:
Rhenus fluuius
Gallia pars
Sequana fluuius
Trisanton fluuius

OCEANVS HYPERBOREVS
Ebudę insulę quinque
Mareos
Enidum
Ebuda
Ricina
Monaeda
DEVCALEDONIVS
Medium insulę
Thyle insula
OCEANVS
Orcades insulę triginta circiter
Dumna
Ocitis
Taruedrum quod & Orcas prom:
Viruedrum promontorium
Veratinum promont:
Nouantum prom: & Chersonesus
Rerigonius sinus
Tidopura sinus
Epidium prom:
Lunguas flu:
Tyne flumen
Nagnatarum sinus
Nabrus flu:
Cerotes
Creones
Carnonacæ
Carini
Cornabij
Epidij
Gadini
Caledonia silua
Caledonij
Cantę
Simertę
Logi
Banatia
Tuma
Alata castra
Thesis
Vacemagi
Vennicones
Orrea
Deuana
Tæzali
Tæzalum prom:
Boderia æstuarium
Alaunus flu:
Tuna æstuarium
Tuisis æstuarium
Cobius flumen
Saxonum insulę tres
GERMANICVS
OCEANVS
Albis flumen
Germania pars
Tecelia
Phaleum
Marsarmanis portus
Amasius flumen
Visurgis flumen
Vidrus flumen
Lugdunum Batauorum
Mosa flumen
Rhenus flumen
Gesoriacum nauale
Itium prom:
Tabulis flumen
Phenalis flu:
Gallia pars
Sequana flumen
Nœomagus
Oceanus Britannicus
Tamare
Volba
Dumno
Vectis
Alaunus flu:
Isca flumen
Tamarus flumen
Cenus flumen
Damonium quod & Ocrinum prom:
Antuestium quod & Bolerium prom:
Hercules promont:
Vellaunij
Legio 2 augusta
Durotriges
Isca
Dumnum
Magnus portus
Noius portus
Regni
Neomagus
Cantij
Rutupię
Cantium prom:
Daruernum
Tisinton flumen
Belgę
Aquę calidę
Venta
Ischalis
Atrebatij
Rotofanybrus flu:
Sabriana æstuarium
Vexalia æstuarium
Octapitarum prom:
Tobius flu:
Demetę
Maridunum
Silures
Bullaeum
Lucentinum
Tuerobia flu:
Stuccia flu:
Gangano-rum prom:
Tsobis flu:
Ordouices
Brannogenium
Mediolanum
Deunana legio 20 Victrix
Cornaby
Parisi
Petuaria
Abus flumen
Ocelum prom:
Gabrantuicorum portuosus sinus
Dunum sinus
Otadeni
Brigantes
Olicana
Rigodunum
Camulodunum
Seteia æstuarium
Bebisana æstuarium
Setantiorum portus
Hieron vel sacrum prom:
Hibernicus
Coriondi
Manapij
Modonus flu:
Dunum
Oboca flu:
Manapia
Lemni deserta
Edri deserta
Mona
Nouius flumen
Jtuna æstuarium
Moricambe æstuarium
Epiacum
Vinonium
Calatum
Usurium
Choracum
Victrix
Coritani
Lindum
Corinium
Dobuni
Cornaby
Catyeuchlani
Verulamium
Sabinę
Metaris æstuarium
Venta
Gariennus flu:
Sime
ni
Camudolanum
Idumanius flu:
Trinoantes
Tamesa æstuarium
Caunos
Tobapis
Caleua
Londinium
Cantij
Auteri
Macolicum
Dur flumen
Regia altera
Gangani
Iernus flu:
Iuernis
Vellabori
Notium promontorium
Vterni
Vodię
Brig antes
Dabrona flu:
Regia
Voluntij
Blani
Eblana ciuit:
Darni
Robogdium prom:
Rho bog dij
Vennicnij
Erdini
Nagnata
Raumus flu:
Vidua flu:
Argita flu:
Venicnium prom:
Boreum prom:
Nagnate
Lubnius flu:
Rheba
Leberus
Cauci
Senus flu:
Mysola flu:
Jsamnium prom:
Loxia flu:
Vinderius flu:
Abrauannus flumen
Jena æstuarium
Rerigonium
Lucopibia
Vanduara
Dam
Deua flu:
Carbantorigum
Corda
Vxellum
Tromontium
Curia
Colania
Coria
Alata æstuarium
Lindum
Alauna
Victoria
Bremenium
Epiacum
Caturactonium
Vennicnij
Ver
Vergiuius
Ocean
Occidentalis
Hibernia
Britannia
